

in pinguiorem fortunam citius nascituros. Hinc fit, ut hæc liberorum carnificina minime remotis arbitris, sed consciis omnibus peragatur.

Sed ad hanc barbariem accedit etiam alia immanior, qua sibi complures violentas manus inferunt, vel bonorum desperatione malorumque perpeffione fatigati; vel ut inimicis suis impotenter sane, non minus stolide, ægre faciant: multa enim in annos singulos hominum millia ferunt, virorum ac mulierum seipfos in campis, vel pro adversarii foribus, injecto in fauces nodo, præfocare, aut in flumina infilire, haustove levibus aliquando ex causis veneno sibi vitam eripere. Nam ex eo quod Magistratus deinde severe in eos animadvertant, qui causam dedisse desperationi à demortui propinquis accusantur, fit ut alia ratione se vindicare non posse existiment.

Atta-